

I tem genus est Lenonum inter homines meo quidem animo
 v t multos culicis pedesque pulicesque odio & malo & molestiae
 B ono usui estis nulli nec uobiscum quisquam in foro frugis consistere audeat
 Q ui constitit culpant eum conspicitur uituperatur
 E um rem fidemque perdere eam & si nihil fecit auunt.

cap A edepol lenones meo animo nouisti lusciolepide
 ly E odem hercle uos pono & paro parissimum estis tibus
 N i saltem in occultis locis prostant uos in foro ipso
 v os foetore & male suadendo et lustris lactant
 N omines. rogationes plurimas pro uos populus sciuit
 Q uas uos rogatas rumpitis aliquam reperitis umam
 Q uasi aquam fetentem frigidam esse ita uos putatis leges
 T acuisse malle. **cur** haud uel in male meditantem maledicaxes

ly I ndignis si male dicitur maledictum id esse dico
 v erum si dignis dicitur benedictum est meo quidem animo
 cur E go mancipem te nihil motor nec lenonem alium quenquam
 N unquid me uis? **ly** bene uale. **cur** uale. **ca** heus tibi ego dico

cur E loquere quid uis. **cap** queso ut hanc cures bene sit isti
 B ene ego istam eduxi meae domi & pudice. **cur** si huius miseret
 E cquid das? quod bene sit. **cap** malum. **cur** tibi opus est hoc quod te procures.

cap Q uid stulta ploras? ne time bene hercle uendidi ego te
 F ac sis bone frugis siel sequere istum bella belle

ly S ummane nunquid me uis? **cur** uale atque atque salue

N am & operam & pecuniam benigne prebuiisti
 ly S alutem multam dico patrono. **cur** nuntiabo

N unquid uis leno **cap** istas minas? qui me procurem
 D um melius mihi sit des. **cur** dabunt? cras peti iubeto

cap Q uando bene gessi rem uolo hic in fano supplicare

N am illam minis olim? puellam paruolam emi.

S ed eum qui mihi vendidit illam nunquam post illa uidi

P eruisse credo quod id mea refert ego argentum habeo

Q uoi homini dei sunt propitij. Lucrum ei profecto obijciunt

N unc rei diuinæ operam dabo certum sit bene me curate.

MILES. LYCO. TRAPEZITA
N On ego nunc mediocri incedo iratus iracundia
 Sed eapte illa qua exciditionem facere condidici oppidis